

de quo late Roland. à Valle conf. 31. li. 1. n. 41. & 43. cō-

15 Septimo allegatum fuit, quod eo, quod maritus toto tempore, quo duravit matrimonium, aluit vxorem, presumitur recepisse dotem, ita tenet alios allegans Bald. Nouell. vbi supra, n. 15. quamuis Couar. post alios vbi supra, in exemplum referat.

16 Quod probatur, quia maritus propter non solum tam dotem potest vxorem de domo expellere & ea alimenta negare, tex. est. in l. fin. Codic. ad Velleian. late Palat. Rub. in rep. c. per vestras, in 3. notab. n. 1. & sequenti. fol. 189. de donat. inter vir. & vxor. Couar. in 4. 2. part. c. 1. in prin. nu. 2. Ant. Gom. in l. 53. Taur. n. 31. Ergo cum eam aluerit, vt est probatum, soluta fuit dos.

17 Octauo fuit allegatum, quod quando confessionem recepte dotis factam constante matrimonio preceperit promissio dotis, talis confessio non presumitur simulata, nec ficta, vt late probat Bal. Nou. vbi supra, in d. 10. p. n. 18. & sequenti. fol. 189. de donat. inter vir. & vxor. Couar. in 4. 2. part. c. 1. in prin. nu. 2. Ant. Gom. in l. 53. Taur. n. 31. Ergo cum eam aluerit, vt est probatum, soluta fuit dos.

- 1 Seguestrari non debent bona in arceatorum.
2 Captus hoc est in carceribus habet administrationem bonorum. & ei recte solui potest.
3 Accusatus de aliquo crimine, ante condemnationem potest alienare bona sua titulo oneroso vel lucratiuo, dum tamen id in fraudem non faciat.

Allegatio XII.

Fuit mihi iniunctum onus consulendi, vtrum capto pro causa criminali priuata, possint capi & seguestrari bona interea, quo lis durat & agitatur? Nam fuit detentus & in carceribus quidam nobilis per Regium iudicem specialiter super quodam delicto, qui quidem iudex sequestrauit ei certam magnam quantitatem argenteorum, in carcerato debitor, & ea exegit & depouit, & d. nobilis petit sibi solui dictam pecuniam quantitate & relaxari ad hoc preceptum depositum, quando quidem ipse erat captus & detentus, & ad maiorem cautelam obtulit fidei iussione, Et fuit conclusum super hoc articulo, & ipe informauit iudicem & probauit, nobile hunc iustitia petere, & deberi ei suam pecuniam tradi sequenti, si iudicis. Primo per tex. expressum in l. reo. ff. de solu. cuius verba sunt hec: Reo criminis postulat o interm nihil prohibet recte pecuniam a debitoribus solui, alioquin plerique innocentium necessario suum egebunt, & ibi notant gl. Bar. & Dd. inquit ibi Paul. de Cast. quod postulo, quod confiscatio subsequatur, non poterit fiscus iterum conuenire debitores, etiam si scientes accusationem propositam sibi soluerunt, quia liberati sunt per rationem tex. ibidem, idem etiam probat tex. in l. quod si forte, § sunt quidam, vers. quid ergo, § in l. quamuis, § ff. de solu.

Secundo, per tex. etiam expressum in l. auferitur, § in reatu ff. de iur. sic. cuius verba sunt hec: In reatu constitutus, bona sua administrare potest, eique debitor recte bona si de soluit, & inquit gl. ibi, quod bona sua administrare potest, et post accusationem incoacta: Est igitur ibi tex. expressus, quod administratio bonorum capto non denegatur, & per consequens ei bona non sequestrantur, de

quo videtur est Bart. Salyc. idem tenens in l. si quis possidet, ff. de bon. proscript. & optime Ant. Gom. 3. tom. c. si de confiscatione bon. delinq. n. 4. col. 1. illius numeri, vers. si vero talis reus delinqueret, & c. ubi ad finem illius numeri, vbi tenet, quod non auferatur reo, etiam delinquenti, administratio bonorum, neque ei bona confiscantur.

Pro quo est etiam text. in l. post contractum capitale § crimen, ff. de donat. vbi late scribentes, præcipue Andr. Alciat. ibi, qui late optimeque legem illam legit. Vbi est tex. expressus, & ibi Dd. tenent, quod reus accusatus de crimine capitali, ante condemnationem habeat liberam administrationem bonorum, & potest alienare titulo oneroso, vel lucratiuo, dum tamen non faciat in fraudem, de quo etiam Ant. Gom. vbi supra, n. 3. & 4. & est Regia l. secunda ad medium, tit. 4. par. 5. Et dicit Iudex, vbi haec iuris informatione, iussit & pronuntiauit, quod d. pecunia sequestrata redderetur dicto nobili capto cum fidei iussione, & ita fuit factum & obtinuit, imo quod magis est, bona accusari pendente iniquitatis inquisitione, de iure non debent capi, nec fisci ante sententiam licet quidam extraordinarii iudices interim capiunt bona ipsius & fisci sunt in l. prohibetur, C. de iur. sic. l. 1. o. imo controuersia pendente iniquitatis inquisitione, quæ describitur non est, vt in l. defensionis facultates, C. de iur. sic. l. 1. o. ita iura seruantur curiæ supremae & ordinarii Regni Franciæ iudices, & altera praxis cum suo exstincta auctore erit, vt tradit Rebuff. in comm. de conf. sit. Gallic. 1. tom. in tract. de sententijs protus in prefat. n. 113.

SVMARIA.

- 1 Reo cuiuscunque delicti regulariter debet dari copia nominum & delictorum testium summarie informationis contra eum facta statim iunctim, cum sibi datur copia accusationis, vel inquisitionis, vt se defendat.
2 Idem fieri precipitur in crimine nefando contra naturam, per l. Regiam.

Allegatio XIII.

Reo accusato cuiuscunque delicti regulariter debet dari copia nominum & delicti testium summarie informationis contra eum facta statim iunctim, cum sibi datur copia accusationis, vel inquisitionis, ad hoc, vt possit respondere, & se defendere, & allegare contra dicta & personas testium, ita probat tex. in c. qualiter, § quarto, el. 2. in vers. debet igitur esse, & de accusat. cuius verba sunt hec: Debet igitur esse presentis, contra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam absente, & exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquiredum, vt facultatem habeat defendendi seipsum, & non solum dicta, sed etiam nomina ipsa testium, vt quid, & a quo sit dictum appareat, & c. ibi notant Dd. præcipue Io. de Anania n. 4. & Fel. n. 17. Marant. de ordin. iud. 6. par. princ. in princ. n. 10. fol. 292. in paruis, & optime Bonifacius in tract. de malef. in Rubr. De inquisitionibus & earum formis, n. 15. fol. 267. in magnis, vbi dicit: Item nota, quod iudex debet dare copiam inquisitionis illi, contra quem inquiritur, & nomina dicta testium & copiam totius processus, & antequam compellat ipsum inquisitioni respondere, cum adhuc possit suas exceptiones, & suam facere defensionem & proponere vt extra de accus. d. c. qualiter & quando, § debet igitur. Nam quodocunque reo postulante, debet dare, vt possit se defendere, vt ff. de quest. l. vnus, § cogniturum, n. 2. defensionis facultas non est deneganda, & c. de iur. sic. defensionis, l. 1. o. Item, quia melius est autem tempus occurrere, q̄ post vulneratam causam remedium quaerere, sed assessores iuris ac iustitiæ ignari, contra Deum iustitiam contemnentibus hoc non feruant. Hactenus ille. Idem etiam tenet Bern. Diaz de Lugo in pract. crim. c. 118. & Ant. Gom. 3. tom. c. de delict. n. 40. & de iure Regio est expressa l. 1. tit. 17. p. 3. & ibi Greg. Lop. & expressissima in l. 4. tit. 1. lib. 3. Non Recop. Reg. quæ ll. sunt videndæ omnino

Quin.

Quinimo in crimine nefando contra naturam, est delictum grauissimum, idem fieri precipitur per l. vnic. tit. 21. lib. 3. nou. Recop. Reg. quod est notandum, & opin. suprad. tenet etiam Ang. de malef. verbo, fama publica, nu. 37. & 38. & ibi eius additiones idem tenent & limitant, & Marc. Blanc. de indicijs, nu. 27. & 28. vol. 10. & hoc habemus quotidie in practica, & communiter ita fit & feruatur. Vidi tamen nonnullos iudices, nolentes hoc predicare & denegantes copiam nominum & delictorum testium vsq; ad publicationem processus, & præcipue hoc vidi feruari per aliquos iudices Ecclesiasticos, & etiam seculares, sed est contra iura expressa, & [vt existimo] contra conscientiam, ideo iudices semper feruent dictas ll. & iura, facientes quod ipsæ precipiunt ll. & ita admoeno, nec enim velint se crudeliores & feruiores legibus exhibere.

SVMARIA.

- 1 Filius potest petere alimenta futura à matre sua, tenente & possidente bona patris sui defuncti.
2 Præterita alimenta etiam peti possunt, quantum ad comestibilia in pecunijs numeratis, & quantum ad vestitus in specie.
3 Idem est in alimentis debitis à patre filio, quando filius ad se alimentandum mutuum accepit, & illud debet.
4 Imo ydem creditores possunt ea acere per actionem de in rem verso.
5 Alimenta quod debeant solui ex rebus & accessionibus patrimonij, non vero de proprietate.
6 An hoc procedat, quando reditus rerum pupilli sunt nulli, vel ita tenues, quod ex eis alii non possit.
7 Fructus legitime quando legitima consistit in speciebus, debentur à tempore mortis patris.

Allegatio X.

In causa Didac. F. super alimentis, quæ petita à matre sua tanq̄ matre, & tanq̄ possidente & tenente bona patris sui defuncti de futuris alimentis non est dubium, quin ea perere possit, & ei sint præstanda, vt per tot. tit. ff. de liber. agnos. præcipue per l. filius ff. de iur. delib. vbi probatur, quod filius, dum deliberat, debet ali ab hereditate, & in l. 2. & in l. alim. ff. de alim. & cib. leg. vbi probatur, quod onus alimentandi transit ad quemcumq; tenentem bona, ex quibus alimenta præstanda sunt. Præterita etiam alimenta etiam peti possunt quamvis sint plurium annorum, quantum ad comestibilia, in pecunijs numeratis, & quantum ad vestitus in specie, tex. est in l. de alimentis, C. de transact. & in l. libertis, quos § ff. de aliment. & cib. leg. & vtrubiq; Bar. & Dd. & etiam interpellatio non præcesserit, vt in d. §. 1.

Et licet illa iura loquantur in alimentis debitis iure actionis idem est in debitis officio iudicis, vt sunt quæ debentur à patre filio, quoniam filius ad se alimentandum mutuo accepit, & illud debet & teneretur soluere, vt debet nunc, & teneretur soluere d. Did. quia in hoc casu bene potest petere filius alimenta præterita ad soluendum suis creditoribus.

Imo quæ magis est iudem creditores petere possunt ea per actionem de in rem verso, vt est tex. opt. in l. ff. de in rem verso, qui tex. est expressus, & ibi notat Dd. & tenet Bar. per illum tex. in d. l. libert. quos, §. 1. nu. 3. ff. de alim. & cib. leg. & Alex. & Ias. in d. l. de alim. n. 6. & ibi Alciat. n. 13. & Dn. meus Ant. de Pad. ibi nu. 13. qui alios allegat, & hoc est et sine dubio, & hoc casu qn̄ filius ad se alimentandum mutuo accepit, sententia in fauore filij lata pro alimentis præteritis exsequatur, nō ob-

state appellatione, vt optimis rationibus aduersus opinio, aliquorum decim fuisse per Senatū Parisiensem ann. 1522. die 16. Decembris ostendit Petrus Rebus in comment. ad Gallicos const. 1. tom. in tract. de sententijs pron. uision. artic. 1. gl. 2. nu. 31. pag. 254.

Item quod alimenta debeant solui ex rebus & accessionibus patrimonij, & non de proprietate, tex. expressus in l. Imperator, in ff. ad Treb. vbi dicitur, sed præterita reuerentia congruum est, egenti forte patri officio iudicis ex accessionibus hereditarijs emolumentum præstari, & ibi gl. v. b. emolumentum, & ceteri Dd. per quem text. ita tenet Bar. in l. cum alim ff. de alim. & cib. leg. vbi dicit, quod non debet vendi proprietas, sed ex fructibus eius debent dari alimenta, & ibi ejus additio idem est iam ex illo tex. tenet Bal. in l. voluntas, nu. 4. C. de fideic. dicens, esse bene notandum, & ibi eius additio alios allegat & limitat, quoniam ille, qui esset alienus, esset futurus dominus illorum bonorum, quia tunc si fructus non sufficiunt, ex re ipsa est alendum, per tex. in l. 1. § mulier ff. de vent. in possess. nu. secund. Ang. in d. l. Imperator, & hoc dicit notatu dignum additio Bal. vbi supra, tradunt late Ant. Gom. n. 40. Tel. Fern. n. 1. 4. per totum in l. 10. Taur. quoque vltimus limitat, quoniam à testatore certa quantitas designatur præstanda pro alimentis, & examinat aliam optimam questionem in materia alimentorum, quæ non facit ad rem nostram, eandem etiam opin. principalem suprad. ex d. l. Imperator, tenet Rol. à Valle conf. 22. nu. 11. lib. 1. idem Rol. à Valle conf. 74. nu. 18. lib. 2. tenet etiam & bene probat Greg. Lop. in l. 2. 4. in gl. Los bienes, c. 9. p. 6. vbi allegat bonum tex. in l. qui bonis vers. dummodo, ff. de ces. bon. & limitat, vt suprad. est, quoniam debentur alimenta illi, qui est futurus dominus bonorum, tenet etiam plures allegans aduocatus ille Gasp. Boet. in tract. quem fecit de decim. tot. Hispan. iur. pract. c. 10. n. 9. fol. 84. qui n. 3. 4. & 5. id limitat tribus modis & n. 17 & 18. agit de eisdem limitationibus, & nu. 16. tenet & probat, quod ad alendum pupillum non est expendendum supra reditus.

Sed si reditus rerum pupilli sint adeo tenues, aut forte nulli, ita quod ex eis non possit minor alimentari, non video cur non debeat vendi proprietas ad sustentandum minorem, ne fame pereat, cum perona rebus præferri debeat, & in terminis tenet & fundat contra opinionem Baeca in hoc gl. in l. ob as alienum tantum, C. de prad. & alijs reb. min. gl. 1. ubi, item ob famem, quæ gl. est communiter approbata per Dd. quos nunc omitto, quia extra materiam est hic articulus. Sed solum hoc addidi, ne in hoc decipiatur. Et ita fit & practicatur quotidie, quod venduntur res minorum cum informatione & decreto iudicis, quoniam reditus non sufficiunt ad sustentandum & alendum ipsum minorem. Et sic vidi sæpissime practicari, & ego praticarem ita semper, si casus occurrat, quia si aliud diceremus, esset maximum absurdum, & præterea confirmatur à fortiori hæc opinio ex limitatione supra nunc proxime relata ex additione Bal. in d. l. voluntas, n. 4. C. de fideic. Sed potest saluari opinio Baeca, quando reditus sunt sufficientes ad alendum minorem, vt tunc minime expendendum sit ultra.

Item pro dicto Didaco facit, quia fructus legitime, quando legitima consistit in speciebus, debentur à tempore mortis patris, vt plures allegans tenetur Tirac. in l. si unquam, verb. reuertatur, numer. 270. fol. 507. C. de reuoc. donat. Et per prædicta obtinuit in hac causa.

L A V S D E O.